



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus  
Mogvntiae, 1605**

Epistola XI. Robertvs Bellarminvs Politianus, S. R. E. Cardinalis,  
Archiepiscopus Capuæ Ivsto Baronio Veteracastrensi S. Clarissime  
Domine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](#)

## EPISTOLA XI.

ROBERTVS BELLARMINVS  
Politianus, S.R.E. Cardinalis, Archi-  
episcopus Capuæ

IVSTO BARONIO VETERA-  
castrensi S.

Clarissime Domine.

LITTERÆ tuæ die 30. Iunij scriptæ, vñ cum libro *Prescriptionum aduersus hæreticos*, quas dudum perijisse arbitrabamur, ecce mihi de improviso ex Prochta Insula à quodam mei amantissimo Episcopo adferuntur. Vbi latuerint tamdiu, vnde ad Insulam appulerint, nemo qui sciat. Ac ne quidem ipse Episcopus referre potuit, quis is sit, qui ei litteras & librum deferendum dedit. Inscriptio nominis mei, præsertim cum in ea Insula sacerdotium possideam, fecit, vt litteræ non perirent. Itaque h. c ipsa die, qua litteras tuas eruditissimas, & suauissimas accepi, gratulandum tibi esse duxi, \*Lyc. 18.  
quoniam \* filius tuus mortuus erat, & renixit, perierat, & inuentus est. De literario tuo labore nihil habeo quod dicam, cum librū nondum perlegerim, spero talem me inueniturum, qualia cætera sunt, quæ à te prodierunt, in quibus neque sermonis elegantia neque sententiarum grauitas desideratur.

R 2 Vale

26.

258 IVSTI BARONII VETER.

Vale mei memor, & sarcinam meam Episcopalem precibus tuis subleua. Datum Ca-  
puæ. die 8. Nouemb. M. DCHI.

EPISTOLA XII.

CÆSAR BARONIVSSORA.

nus S. R. E. Cardina-  
lis

IVSTO BARONIO VETE-  
racastrensi S.

**T**VAS *Iuste Baroni* litteras diu desideratas tādem magna animi mei voluptate accepi, & libenter legi. Præter enim manifestissima amoris erga nos tui & obseruantiae indicia, id quod summopere de te audire volebam, significabant. Et primum quidem, quod earum me cupiditate incendebat, id erat, quod itineris vestri successus oppido me sollicitum habebat, cum non ignorarem multa solere proficiscentes incommoda comitari, lassitudines, æstus, frigora, insidias, & mille pericula, quæ quo quis aliquando diligentius vitare cogitat, eo citius incurrit. Sed, ut spero, eum viæ ducem consequutus es, qui Iuniorem <sup>a</sup> To-  
biā suæ fidei concreditum incolumem à  
patre & abduxit, & ijsdem auspicijs reduxit.  
Cui te, cæterisque Sanctis omnibus ut semper quām studiosissimè commendes, & gra-  
tissi-

*a Tobia 5,5*